

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

13. De mendacio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

rum coactium, voluntarium, tamen possunt, etiam si velint ingredi ciuitatem, venientes ex loco peregrino, sed absq; corporalitate & clementia manum instat Laicorum sed interrogari tantum & sponorem postulari per sanctam consecrationem, quam  
ihren Geistlichen Wirthen vnd trewen.

## C A P. XIII.

*De Mendacio.*

**M**entiri est aliter enunciare contra id, quod in animo quis sentit fallendi causa.

**2** Duplex est falsitas materialis (cum non alter se habet, quam homo enunciat, sed praeter intentionem loquentis, quia credit esse verum, quod loquitur, tunc non est obiectum propriè mendacii & perirent).

Alia vero est falsitas per se formalis, & secundum intentionem, etiamsi alias re ipsa verum sit, quia in moralibus actionibus, quæ speciem suam accipiunt ab obiecto non propter est à parte rei, sed propter apprehensum, & voluntate ab intellectu proprium: magis spectandum est id, quod est per se & secundum intentionem, quam quod est per accidentem & praeter intentionem.

**3** Mendacium est triplex perniciosum (quod ciuituria profertur, ut obicit officiosum (quod sine iniuria, ut proposit.) iocosum (quod cum nulli noceat profertur ut delectet. Excipe locutiones figuratas, hyperboles, fabulas, parabolas, quia verum sensum continent).

**4** Amphibologiæ seu orationes ambiguæ, quæ videlicet sensus habent, mendacia non sunt.

Si signum per se, aut per circumstancias determinatum est ad verum eumque, falsum sensum, non est unus aquiuocationis, sed est vera mendacium. v.c.

adul-

teric-

intel-

cont-

falle-

natu-

ad v-

Si

conf-

nec

pote-

N

cere-

nesi-

sic C

adultera, quæ examinata à marito de cōmisso adulterio negat se fidem matrimonii vñquā violasse, subintelligendo hora præcedēte. Prob. Is mentitur, qui contra id, quod animo sentit, alteri significat animo fallendi: Hoc autem facit is, qui alteri ( quem rei ignoratum putat) loquitur enunciationem determinatā ad vnum eumq; falso sensum. Ergo.

Si restrictio sensus omnino aliena sit & loquentiū consuetudine, & in externalocatione, nec explicite, nec implicite significetur à mendacio excusari non potest, si animo fallendi fiat.

N.B. Si v.c. alicui malitiosè interroganti, quæ editere non oportet Principis consiliarius respondeat: nescio, non mentietur subintelligendo vt tibi dicā, sic Confessarius ja Iudice iniustè interrogatus de ijs criminibus, quæ ex confessione cognita habet. Redissime ait se nihil scire supple notitia ad reuelandū. Est enim in his locutionibus non inusitata ambiguitas, quandoquidem hic aliquid scire potest secundū notitiam priuatā, quæ etiam alteri manifestari queat; vel secundum notitiam publicam, quæ alteri cuiquam scire non interest, manifestari non debeat. Quod si verò talis loquendi modus, ac circumstantia adint, vt verbū *neſcio* determinetur ad omnē gnōtiam, puta si confessarius adīgatūr, vt dicat, an vlo modo sciat, tunc verè mentietur, si vebo *neſcio erga* alterum utatur intra mentē cogitans, vt tibi dicata.

Mendacium per se intrinsecè malum est, & nullo casu licitum, Prob. I. ex scriptura sacra: Non mentiesmini, nec decipiet vñquisq; proximum sicutim. II. Qui mentitur is vritut locutione falsa, errorē ignotiae vult, id autem est per se malum & alienū à ratione & contra honestatem humanæ profectioni.

Gee 2

Olim:

Olim non ita cognitū erat, omne mendaciū esse peccatū. Sic David, Iudith, & Jacob patriarcha ex invincibili ignorātia potuerunt existimare fas est tali casu mentiri.

10. Veritatē verbi æquiuocatione, aut facti dissimulatione alteri celare interdū licet est, si iustā causam fiat; ratio, quia simulatio ac mendacium est falsum, dissimulatio autem est veri, atqui falsum dicere per se malum est; sed quod verum est, interdū iuste clamus, quia præceptum affirmatiuum manifestando veritatis non semper obligat, & dissimulans veritatem non dat causam alteri erroris aut deceptionis sed permittit, ut alter falsam opinionem concipiat alioquin omnes allegorias & stratagemata, tanquam n. mendacii damnari oportebit.

11. Äquiuoca locutio aut dissimulatio veritatis finita ratione non nitatur, licet mendacium non sit, et men dolus malus censetur.

12. Calliditas in sermonis ambiguitate societati humanae valde noxia est, quandoq; humano generis nihil magis generale atque commōdum est, quam inter ipsos charitas, fides & societas consistat, illa autem violatur per calliditatem & animi duplicitatem iuxta Eccl c. 37. Qui sophistice loquitur odibit se.

13. Qui ab ipso debita consideratione falsum dicit, non ex propria oposito, peccat contra veritatis virtutem, hoc propriè non mentiatur. Prob prius, quia ex virtute veritatis obligamus, si loqui alteri velimus, ut vera non falsa loquamur, posterius prob. Nam mendacia cum sit dictum contra mentem alterius fallendi causa directum seu formalem dolum requirit. Sed fieri potest, ut aliquis existimans dictum suum verum esse, nihilominus mentiatur; vide licet afferat sibi certe & expliq;

& exploratum esse; cum tamen de eo non nisi opiniam, se probabilem persuasionem habeat.

## C A P. XIV.

## De periurio seu iuramento falso.

Periurium strictè est mendacium iuramento confirmatum; latè autē accipitur pro omni iuramento illico videlicet dicituro aliquo trium, quæ sunt veritas, iustitia & iudicium. Quare triplex periuriū, unum propriè dictum, quod veritate caret, idq; diuidi solet in assertorium & promissorium. Alterum est, quod iustitia destituitur, puta si quis rem illicet & prohibitam iuret. Tertium quod iudicio vacat, puta si quis sine iusta causa temere iudicat. Atq; hæc duo postea nā impropiè periuria sunt, quia falsitatē quadammodo in se continent, nam qui rem iniustā iurat, iste tenetur dictum suum falsum efficere abstinendo ab opere; qui vero temere iurat, is committit, se periculo falsitatem incurrendi.

NB. In illo præcepto: Non aſu-nes nomen Dei in vanum, prohibetur omne periurium, maximè vero id quod veniale destituitur, nam iuramentum vanum est, quod sine suo frustratur. Iuramenti autem fons est confirmatio veritatis. Erga maxime vanum est iurare cui deest veritas.

Omne periurium assertorium est mortale si cum plena liberatione fiat, etiam in re leui, vel: iurate se habere viginti nūmos, cum habeat novendecim: ratiō; quia Deum veracissimum in confirmationem cuiusunque falsitatis adducere non vacat grauissima irreuerentia & contemptu, cum enim veritas latitudinem non habeat, sed in indiuisibili consistat, videlicet in adæquatione dicti ad ré, sequitur omnē

Ccc 3 assertio-